

R A C H A I D I B I, V E R A D I A N I,
*Rhodiani, & Kanidis Philosophorum Regis
 Persarum: De materia Philosophici La-
 pidis, acutissimè colloquentium*

Fragmentum.



I X I T Rachaidibi filius Zetheibidæ Philo-
 sophus Regis Persarū & Princípis Roma-
 norum. Sperma lapidis est frigidum & hu-
 midum in manifesto, & in occulto calidū
 & siccum. Dicit ergo, fac frigidum & humidum in oc-
 culto, & calidū & siccum pone in manifesto: & ita oc-
 cultabitur frigiditas & humiditas sua, quòd nō minue-
 retur vñquā: nam si minueretur, minueretur etiā lapis.
 Quando ergo occultatur frigiditas & humiditas, fac
 occultādo, vt sic cōponas illud calidū & siccum, quod
 in occulto erat & in manifesto: & ita de spiritu fiat cor-
 pus in duob. gradibus, & fiet globus & sanguis & ca-
 to. Dicit Rhodianus: Sperma est album & liquidū. Li-
 quor hic de primō globū facit in loco vbi debet quinq;
 diebus: & recipit carnem & sanguinem, & membra &
 imaginem, & imaginatiuam à Deo altissimo: & venit
 ad ortū, & lucet & oritur in tempore suo. Qui sunt duo
 gradus & septem: Et modò dicimus de secundo sper-
 mate. Dicit Veradian. de secundo spermate, quod est
 lapis solus, nec est aliis ei similis in hoc Mundo, qui se
 ipsum imprægnat, & in se ipso cōcipit, & scipsum par-
 turit, & in hoc intelligitur dē vno lapide, & dicitur sper-
 ma album & liquidum, postea rubeum. Dicit autē Rho-
 dianus, quòd sperma istud quidam lapis est fugitiuus à
 caliditate & siccitate, & aëreum & volatile, & est frigi-
 dum & humidum, & calidum & siccum. Et postquam
 hoc viuum moritur à rubea morte, mortuum iam est
 compar caliditati & siccitati, & sic nō fugit ab eo quod
 est calidum, & nō fugit ignem, nec fumum emitit, nec
 sonū facit, & funditur vt cæra, & est sicut oleum, & est
 siccum, quæ siccitas tingit tinctura rubea & alba, & i-
 ta de spiritu factum est corpus: deinde hoc corpus vce-